



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.50. Epistola ad Theodelindam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

lit. Reccaredo Regi successit filius Liu- Sæculum VII  
ba, adhuc quidem juvenis, sed præcla- A.C. 603.  
ram a Natura indolem nactus, ideoque  
spes unica Patriæ; verum, triste fatum!  
annis duobus Regno potum Vitericus  
rebellis de throno deturbat, manu dex-  
tra mutilat, & vita exuit annos natum  
viginti duos. Ita Vitericus Gothis in  
Hispania annis septem ab æra 641. Anno  
JESU Christi 603. regnavit.

Eodem anno Theodorici Regis octa-  
vo, quo Sol Eclipsin passus est, in Con-  
cilio Cabilloni ad Ararim celebrato De-  
siderius Episcopus Viennensis Aridio E. *Fred. Chr.*  
piscopo Lugdunensi & Brunechilde Re- c. 24.  
gina instigantibus depositus est, & Domno-  
lus in ejus locum suffectus. Desiderium Id. c. 32. *Jon.*  
primum in quamdam Insulam relegatum, vit. S. Col.  
cum inde rediisset, elapsis annis quatuor c. 54.  
Theodoricus Rex lapidibus obrui jussit  
eiusdem Aridii & Reginæ consilio impul-  
sus. Ita extinctus est Desiderius 23. Maji  
anno 607. in Territorio Lugdunensi in  
ripa amnis Chalononæ, locusque adhuc *Boll. tom. 16.*  
hodie ab ejus nomine appellatur. Eccle- p. 251.  
sia ejus memoriam inter SS. Martyres co- *Mart. R. 23.*  
lit, atque Sepulchrum multis prodigiis Maji.  
claruit.

§. L.

*Epistola ad Theodelindam.*

In Italia interea inter Romanos, Lon-  
gobardosque recruduerat bellum, &  
mense

Sæculum VII mense Nov. ejusdem anni 603. Indicias  
A. C. 603. paëti fuerant usque ad primum Aprilis  
Paul. Diac. Indictionis octavæ, id est, annum 603.  
IV. hist. servandas. Haud multo post redditæ  
Long. c.29. sunt Papæ Reginæ Theodelindæ litteræ  
 quibus Nativitatem & Baptismum filii  
 sui Aldovaldi significabat. Hunc in Ec-  
 clesia S. Joannis Modeceni in Die Pascha-  
 tis eodem anno 603. baptismō ablui, &  
 a Secundino Abbatे, cuius pietatem  
 maxime colebat, e fontibus levari jaffe-  
 rat. Simul Pontifici misit quædam Ab-  
 batis Scripta de quinto Concilio, roga-  
XII. epist. 7. batque, ut responderet. S. Gregorius  
 datis litteris Reginæ gratulatus est, quod  
 Regium Puerum, cui aliquando Longo-  
 bardorum corona destinabatur, in Eccl-  
 esia Catholica baptizari curasset; excusat  
 vero, quod Secundini Scriptis jam re-  
 spondere non possit morbo impeditus,  
 adeo me torquet podagra, inquit, ut ne  
 loqui valeam, prout Legati tui viderunt,  
 qui advenientes invenerunt me ægrotum,  
 & discedentes in magno vitæ periculo re-  
 liquerunt. Si Deus me sanitati restitu-  
 rit, ad omnia, quæ mihi scripsit Secun-  
 dinus Abbas, exacte respondebo. Interim  
 mitto tibi Concilium tempore Justiniani  
 Imperatoris celebratum, ut Secundinus  
 illud perlegens eorum omnium, quæ con-  
 tra S. Sedem & Ecclesiam Catholicam con-  
 ficta audivit, falsitatem cognoscat. Aver-  
 tat

ducias  
Aprilis  
m 605,  
eddita  
itterz,  
m fili  
in Eo  
Pascha  
ui, &  
etatem  
i julie  
um Ab-  
roga-  
gorios  
quod  
Longo-  
Eccles-  
xculat  
am re-  
ditus,  
ut na-  
lerunt,  
otum,  
ulore-  
stitue-  
Secun-  
terim  
ianian  
zdnus  
e con-  
ncon-  
Aver-  
tat

*tat Cælum, ut Hæretici cujuscunque opi-* Sæculum VII  
*nionem recipiamus, aut ab Epistola S. A. C. 604.*  
*Leonis & quatuor Conciliis vel latum un-*  
*guem discedamus.*

*Aldovaldo Principi filio tuo in Xe-  
nium mitto Crucem cum particula Ligni  
ex vera Cruce, & Librum Evangelii in  
pixide Persica, Filiæ tuæ autem tres an-  
nulos, quæ rogo, ut eis manu tua tradas,  
sic enim plurimum pretii his donis accedet.  
Id etiam rogo, ut nomine meo Conjugi tuo  
gratias agas, quod Bono nostro Pacem inie-  
rit, atque, quod ante jam fecisti, Regem  
ad eam servandam permoveas. Hæc epi-  
stola mense Januario anno 604. Indictio-  
ne septima data est, & reperitur inter  
Epistolas S. Gregorii ultima, cui dies  
appositus.*

### §. LI.

#### *S. Gregorii Beatus Obitus.*

*Sanctus Gregorius tandem morbis & la- Jo.Diac. IV  
boribus consumptus beato fine quie- vit. c. 68.  
vit 12. Mart. eodem anno 604. postquam  
sedisset annis tredecim, mensibus sex &  
decem diebus. Sepultus est in extrema  
parte porticus Basilicæ ad S. Petrum in  
aditu ad Aulam, in qua S. Leo, & qui-  
dam alii Pontifices sepulti. Novas Ec-  
clesias non extruxit, sed antiquas mul-  
tis expensis reparavit. In Ecclesia S.Pe-  
tri Ciborium argenteum quatuor colum-  
nis*